

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**


**Epitaphios Piis Manibus Maxime-Reverendi, Amplissimi,  
Nobilissimique Viri, Dn. Magistri Gerhardi Coldewey,  
Bremensis**

**Brincmann, Nicolaus  
Oldenburg, MDCCVII.**

**VD18 13035290-001**

Farbkarte

[urn:nbn:de:gbv:45:1-805281](#)





a  
—  
w

**M**ortem temporalem, magno omnium  
piorum solatio, in sacris utriusque instrumenti oraculis,  
somni nomine insigniri, Christianis sacrum codicem dili-  
genter volventibus haud potest esse ignotum. Vox nam-  
que ipsius Jehovæ Mosi facta hæc est : תְּנַבֵּה עַמּוֹ אֶבְיוֹתִי  
בְּיַמְלָאוּ יְמֵינֵיכֶם אֶשְׁכְּבָתָה אֲתָה אֶבְיוֹתִי  
*Ecce tu eris cubans cum Patribus tuis.* Deut. 31, 16. Idem Jehova hanc  
quoque promissionem Regi Davidi pollicitus est inquiens, בְּיַמְלָאוּ יְמֵינֵיכֶם אֶשְׁכְּבָתָה אֲתָה אֶבְיוֹתִי  
*cum complebuntur dies tui & cubueris cum patribus tuis.*  
1. Sam. 7, 12. Quod promissum Davidi servatum & impletum Paulus  
hunc in modum recenset : *David propriæ generationi inserviens, Dei*  
*voluntate (ex cuius ðñ) obdormivit & appositus est ad patres suos.* Act. XIII.  
36. Daniel Propheta testatur motuos omnes dormire (רַבִּים קִישׁוּן mul-  
ti ex dormientibus) in pulvere terra. Cap. XII. 2. Ita Christus Laz-  
arus, jam quatuor dies inter mortuos contumulatum, suscitaturus, hæc  
formula utebatur : *Lazarus amicus noster resurrexit dormit.* Joh. XI. 11.  
Et jucundissima sane piis animabus Spiritus sancti vox erat, quando secun-  
do Nativitatis Christi festo die, sub finem pericopes epistolicæ, Protomar-  
tyr Novi Testamenti Stephanus, lapidum imbre obrutus, non mortuus,  
sed modo ex cuius ðñ sopore sopitus dicebatur. Actor. VII. 50. De omnibus  
mortuis idem vocabulum in præterito passivo occurrit 1. Thess. IV. 13. 14.  
Ut alia scripturæ dicta, quæ ingenti adduci possent cumulo, jam tacita  
prætermittamus. (*Hebræorum autem verbum שְׁכָבִ in vulgari sua signi-  
ficatione, cum Græcorum νυκτὶ congruere pluribus ostendit.* Joh. Vor.  
stius in comment. de Hebraismis N. T. Cap. VI. p. 198.) Idem Ethnici sa-  
pientiores de morte senserunt. Cato Major dicere solebat : *Nihil,*  
*tam morti simile, quam somnus.* Gorgias Leontinus, bene senio con-  
fessus, finemque vitæ exspectans, cum adversa valetudine correptus  
paulatim in somnum laberetur, & quidam ex necessariis accedens invi-  
sendi causa, quomodo se haberet, quæreret ? *jam.* inquit, *me somnus*  
*incipit fratri suo, hoc est morti, tradere.* Laërt. de vitis Philosoph.  
Lib. IV. Unde non erat, cur rideret Cæcilius, quod Christiani suos  
jam vita functos, non tam mortuos esse, quam dormire & dicere  
crederent, corporumque resurrectionem futuram jactarent, cum & a-  
pud suum Homerum legisset ; ιανός ἐγένετο, & apud Virgilium,  
*somnos adimere*, cum de mortuis in vitam revocandis agitur. Nec enim  
somnum hunc ad utramque hominis demortui essentiale partem, cor-  
pus æque ac animam extendemus, ut antiquitus Psychopannychitas  
vel Dormitantianos, & nostris temporibus Anabaptistas fecisse legimus,  
qui lethargum quandam animas post mortem occupare contenderunt,  
adeo ut sine omni vita & sensu jacentes; usque ad diem extremum ni-  
hil agant aut patiantur : *Vid. Domini D. Scherz. Syst. Def. p. 563.*  
*648. Domini D. Pfeifferi Evangelische Christen Schule. p. 1315.* Sed  
tantummodo ad corpus ab anima separatum. Potest autem, cum rem  
accurate perpendimus, inter mortem & somnum comparatio institui, si  
respicimus utriusque Originem. Nam quemadmodum somnus na-  
turaliter a perceptis cibis eorumque vaporibus, qui estomacho exhalantur  
atque in cerebrum adscendunt, oritur; etiam dulcis somnus in sequitur,  
si cibus modice est sumptus, juxta Ecclesiastici informationem Cap. xxxi. 23.  
*καρος υγειας ιται επιρρω μητηρω.* Lutherus, wenn der Magen mässig  
A 2 gehalten